

Codice Diplomatico Longobardo I, 26

+ In nomine domini Dei et saluatoris nostri Iesu Christi. regnante domino nostro Liutprand
uir excellentissimo rege, anno octauo, per indictionem tertia; feliciter. Consta me Aufrid
uir deuotus hanc die uendedisset et uenedi, tradedisset et tradedi uobis Aunuald, Teutpald,
Leonaci, Petronaci, Teutpert, Dommuli, Uuilifrid, Nandulo, Geminiano clerico, Teuderaci
ortu meum quem auire uideor ante Sancto Seluestre, qui latere tene prope curte uel orte
Sancti Seluestri, rectu casa Domnici uel de filio Iouanni; in integro ipso orto uobis tradedi
possedendum, ut ab hodierna die abeatis, teneatis, et in uestra sit potestatem de ipso orto
facere quod uolueritis. unde accepisset et suscepi a uobis Aunuald, Teutpald, Teutpert,
Petronaci, Leonaci, Dommuli, Uuilifrid, Nanduli, Geminiano clerico et Teuderaci pretium
placitum et defenito capitulo auri soledus quinquaginta; de quibus preuidi uobis cartula
uenditionis facere, ut ab hodierna die aueatis, possedeatis et in uestra potestate. et, sicot non
crido, ut si ego aut eridis meus uos molestauerimus, aut da qualiuet homine uobis defensare
non potuero, spondeo uobis cunponere dupla condicionem. Quam uiro uenditionis cartula
Gairemund uirum deuotum scriuere rogaui. Actum Luca, mense martio, per indictionem
suprascripta; feliciter. Signum + manus Aufridiuendituri et repromessuri.